

DISSERTATIO, DE INGENII MULIEBRIS AD DOCTRINAM, & MELIORES LITTERAS APTITUDINE

Temporibus antiquis feminae non parēs viris erant. Mulierēs non potuerunt operam rebus publicis dare, in Universitatibus discere, multaque alia. Diu feminae contra inaequalitatem pugnabant, volebant enim civēs esse neque a patre aut marito suo pendere. Res magni momenti erat educatio. Ergo hodie diē internationali feminarum commemoremus Annam Mariam van Schurman, cuius opera argumenta continent, cur feminis discere conveniat.

Anna Maria van Schurman (vixit annis 1607–1678) erat femina maximē ingenii, ea igitur vitam suam ponit pro studiō. Quoniam parentes eius pecuniōsi erant, eī unā cum fratribus bonam educatiōnem dederunt, ergo Annā multās linguās (inter quās erant Lingua Latīna, Graeca, Hebraica etc.) sciēbat, variōs poētās, auctōrēs, philosophōs, virōs doctōs legēbat. Ea fuit prīma femina, quae in Universitatē ad scholās advenire potuit.

Hic commentārius partem Annae Mariae van Schurman dissertatiōnis continent, ubi narrat, quid feminis discere deceat.

Anna Maria van Schurmān



Studium Litterarum sic limitō, ut omnēs quidem honestās

limitō = finēs faciō
honestus, a, um = bonus

disciplinās, sive universam ἐγκυκλοπαιδείαν, ut vocant,

disciplīna, ae f < discere
ἐγκυκλοπαιδεῖαν = encyclopaediam

Christiānae foeminae (tanquam proprium ac universāle

foeminae = feminae
tanquam = tamquam

hominis bonum seu ornāmentum) convenire omninō

omninō = plānē

arbitrer: sed ita tamen ut pro dignitate, ac naturā cuiusque

dignitās, ātis f < dignus

scientiae, sive artis; nec non pro ipsius puellae seu foeminae	scientia, ae f < scire
captu, ac forte, singula suo ordine, loco ac tempore sibi	captus, us m
invicem inter discendum succedant, aut commodē	invicem = alter alterum succedere = sequi commodē < commodus, a, um = conveniēns, dignus
conjugantur. Inprimis vero ratio habeatur istarum	inprimis = imprimis = primum omnium rationem habere + gen = curare + acc
scientiarum, sive artium quae proximam habent cum S.S.	S.S. = Sacra Scriptura (= libri sacri)
Theologia atque virtutibus moralibus connexionem, iisque	moralis, e < mos connexio, onis f = coniunctio (quod coniungitur)
primario ministrant; quo in genere esse putamus	primarius, a, um < primus ministrare = parere
Grammaticam, Logicam, Rhetoricam; cum primis autem	rhethorica = ars bene dicendi
Logicam, quam clavem omnium scientiarum non nemo	
diserte nuncupavit: deinde Physicam, Metaphysicam,	diserte = eloquenter, clare nuncupare = nominare
Historiam, etc. nec non Linguarum praesertim Hebraicae ac	etc. = et cetera praesertim = praecipue, maxime Hebraice libri sacri scripti sunt
Graecae notitiam: quae omnia ad faciliorem ac pleniorem S.	notitia, ae f < notus
Scripturae intellectum (ut nihil iam de aliis autoribus dicam)	autor = auctor, oris m = qui librum scripsit
nos promovere possunt. Caetera, nempe Mathematica (quo	pro-movere caetera = cetera nempe = scilicet
etiam refertur Musica), Poesis, etc. Pictura, et similes quasi	poesis, is f < poeta
liberalis artes egregii cuiusdam ornamentum sive oblectamentum	liberalis, e < liber
vicem obtineant. Denique illa studia quae praxin spectant	oblectamentum, i n = gaudium vicem = quasi obtinere = habere

iūrisprudentiae forēnsis, reī mīlitāris, artēs perōrandī in	prāxis, is (<i>acc</i> praxin) <i>f</i> = āctio (< agere) iūris-prudentia
Templō, Curiā, Acadēmiā, velut minus propria aut necessāria	forēnsis, e (< forum) = ad rēbus pūblicīs pertinet perōrāre = ōrātionem habēre
nōn admodum urgēmus. Interim tamen ā Scholasticā, sīve	admodum = valdē, plānē urgēre = premere
Theōrētica (ita loquī liceat) istārum rērum, prae caeterīs	scholasticus, a, um < schola theōrēticus, a, um = scholasticus
autem nōbilissimae Disciplīnae Polīticae cognitiōne	
foeminam exclūdī nēquāquam concēdimus.	cōgnitio, ōnis <i>f</i> < cognoscere
Līmitāmus verbum quod conveniat, sīve expediat studium	nēquāquam = nullō modō concēdere = sinere
litterārum, nōn tanquam proprium, seu requisītum, praecīsē	expedīre = parātum facere
ad aeternam salūtem necessārium: nec quidem tanquam	requīrere, quīsivisse, quīsītum
bonum, quod ad essentiam ipsam faciat beātitudinis huius	praecīsē = plānē
vītae: sed ut officium seu medium quod plūrimum ad	essentia, ae <i>f</i> = quod est
eiusdem integritātem cōferre queat: atque adeō per rērum	beātitūdo, inis <i>f</i> = beātus
pulcherrimārum contemplātiōnem ad amōrem Deī, et	integritās, ātis <i>f</i> < integer cōferre = in eundem locum ferre quīre, quīvisse, quītum = posse
aeternam salūtem tantō facilius prōmovēre.	adeō = tam valdē, ita contemplātiō, ōnis <i>f</i> = cōgitātiō (< cōgitāre)
Sit igitur Thesis nostra.	
Foeminae Chrīstiānae convenit studium Litterārum.	thesis, is <i>f</i> = sententia